

omnipotentiam, quæ cum finitate potentia stare nullo modo potest, prorsus abnegare.

## II. OMNISCIENTIA.

108. Statuimus deinde obtigisse humanitati assumptæ omniscientiã, quã Christus etiam secundum humanam naturam est omniscius: non quidem ex proprietate naturæ humanæ, respectu cuius finitam ac creatam esse, fuisse futuramq; semper scientiam non dissitemur: sed ex unionis gratia.

109. Scripturarum hoc comprobatur autoritas: Is enim ipse, qui Luc. 2, 52. ratione donorum habitualium profecisse scientiã dicitur, ibidem v. 40. repletus fuisse scientiã perhibetur: Et Matth. 9, 4. Ioh. 2, 24. nosse omnes, imò nosse etiam quæ sunt in homine, cogitationes videlicet, expressè legitur.

110. D. Petrus Christum, cum quo ut homine colloquebatur, omniscium disertè prædicat. Ioh. 21, 17. & Paulus omnes thesauros scientiæ ac scientiæ in ipso reconditos esse asserit. Nihil autem in divinitate, quæ ἁγία ἐστὶν ἐνέργεια, recondi potest. Ergo in humana natura recondi eos esse, fuerit consecutaneum.

111. Et cum Christus potestatem iudicij faciendi, inq; ipsas hominum inquirendi iudicandiq; cogi-